



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Trigesima prima causa. Terdena prima mœcho polluta negatur. Tres  
quæstiones trigesimæ primæ causa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Ex premisso manifeste colligitur, quod pro incerto a certu recedendum non est: nec in re dubia, certa danda est sententia. Ceterum autem fides dubia rei, nisi testium approbatione, vel legitima confessione iudici fieri non valeat, testes autem auctoritate Calixti Papae a de alio casu vel negotio testimonium dicere non valent, nisi de his, quae sub eorum praesentia facta noscantur, apparet clandestina conjugia ideo esse prohibita, quia cum alter eorum conjugalem affectum se ad alterum habuisse negare voluerit, legitimi probationibus convinci non poterit, quibus deficientibus, iudicis sententia rite absoluta, reatum adulterii uterque incurrit, dum utroque eorum in venite aliu se copulaverit b.

CAUSA XXXI.

**M**ortem cuiusdam alius consumpavit: eo mortuo, adulter adulteram sibi in uxorem accepit: filiam ex ea susceptam eandem in conjugem se datum iuravit: illa assensum non prebuit: deinde pater aliam tradidit: a primo repugnavit.

- 1. Quartum an possit duci in conjugium, quae prius est polluta per adulteram.
- 2. Secundo, an filia in vita sit tradenda alicui.
- 3. Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii.

QVAESTIO I.

**A**dulterio polluta prohibetur duci in conjugium, auctoritate Leonis Papae, quae dicitur.

C. I. ¶ Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium.

**N**ullus e ducat in matrimonium, quam prius pollutavit adulterio.

C. II. ¶ Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius pollutavit adulterio. Sed Augustinus e contra refutatur, scribens ad Valerium de nuptiis, & concupiscentia, lib. 1. cap. 10.

**D**enique a mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri i potest conjugium, cum quo praecessit adulterium. Item in libro de bono conjugali, c. 14. ¶ Possit sane fieri nuptias ex personis male junctis, honesto placito postea consequente, manifestum est.

¶ Fieri potest conjugium ] In editionibus operum B. Augustini, & uno Vaticano codice, unoq, item Gratiani exemplari legitur, fieri verum connubium non potest. In duobus vero Vaticanis recentioribus ejusdem libri abest negatio.

Hac ultima auctoritas Augustini de connubio loquitur, perhibens concubinam posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam, dum vivente viro suo quocumque ducit in conjugium, committit adulterium: casus adulterii aliquam habet remissionem, dum ejus copula creditur esse licita. ¶ Illud vero Leonis Papae de ea intelligendum est, quae a viro suo non erat repudiata, cuius vir vobis vir, reddens ei conjugale debitum.

C. III. ¶ Nullus ducat in conjugium, quam pollutavit prius per adulterium.

Unde in concilio apud Althum habito praesente Conrado Rege statutum est, cap. 6.

**I**llud e vero communi decreto, secundum canonum institutionem definitum & praedictam, ut si quis cum uxore alterius eo vivente fornicatus fuerit, mortuente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne

a 2. Quae 7. testes. b vide const. novam synodi Trad. sess. 74. in decr. de for. matrim. c. 1. c. Sent. 4. dist. 35. d. Sent. ibid. l. 100 p. 8. c. 10. Pamm. l. 6. c. 45. e. In Tribur. cap. 31. Burch. l. 9. c. 74. l. 100 p. 8. l. 21. Pamm. l. 7. c. 10.

ulterius ei conjugatur matrimonio, quam prius pollutavit adulterio. Nolumus enim, nec Christianae religioni convenit, ut illis ducatur in conjugium, quam prius pollutavit per adulterium.

Hic subaudiendum est, nisi prius per acta poenitentiae, & si sit in mortem viro machinatus fuerit: vel si vivente viro fidem adultera non dedit, se sumpturum eam sibi in conjugem, si viro ejus superaveret.

C. IV. ¶ Post mortem viro non potest adulteram in conjugium ducere, qui viro vivente iuramentum sibi futurarum nuptiarum praebuit.

Unde in concilio Triburiensi legitur.

**R**elatum a est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem supro violasse, & insuper moecha vivente viro suo, iuramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset duceret uxorem, quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus & anathematizamus.

¶ Huius capituli sententia quidem est in canone 40. concilii Triburiensis, quod exat. Sed cum Burchardus hoc citet ex cap. 3. videtur alterius esse, quod desideratur.

C. V. ¶ Post peractam poenitentiam poterit viduato in conjugem ducere, quam viro vivente per adulterium pollutavit. Item in eodem b.

**S**i quis e vivente marito conjugem illius adulterat, & deo in proximo defuncto, eandem sumptu se dinoscitur, omnimodis publica poenitentia subicitur d. De quo etiam post poenitentiam praefatam, si expedit, servabitur regula: nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur, aut propinquitas, vel alia quilibet actio criminalis impediatur. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe conjugii maneat perpetuo cum poenitentia.

¶ Burchardus & Ivo citant ex concilio Meldensi, ca. 63. ubi habetur. In Decretalibus vero tit. de eo, qui duxit, m. n. e. quam pol. per adul. c. cum haberet. Clemens vii. hoc ipsum citat ex concilio Triburiensi, ut Gratianus & Panormia.

¶ Praefatam ] In Meldensi legitur, praefata, ut videtur regula iam ibi tradita, c. 63. & citatur infra 36. q. 2. si autem.

C. VI. PALEA.

[Item ex concilio apud Vermerias.]

**S**i qua e mulier in mortem mariti sui cum alio condo occiderit, si probare potest ille vir eam rem esse consilii, potest (ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere, & si si voluerit aliam ducere. Ipsa autem infideli poenitentia subiecta absque spe conjugii maneat.

¶ Hae palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus palea esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias, etiam in excerptis decretorum monasterii B. Trudonis, & apud Burchardum & Ivoem: quamvis in Decret. tit. de divor. c. prima, errorum vulgati codicibus sit; Ex concilio apud Vormaciam. Quod quidem in titulo huius palea legebatur, ex concilio Elibertano apud Vermerias. In dulla vero est dictio, Elibertano, quae spectat ad sequens capitulum. Palearum enim interpretatio sepe in vero in titulo occasione huiusmodi erroribus dedit.

¶ Et si voluerit aliam ducere ] Absque hac ab Ivoem In Decretalibus autem legitur, potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere.

a Sent. 4. dist. 35. Burch. lib. 9. cap. 66. l. 100 p. 8. c. 102. Pamm. l. 6. cap. 9. b In Meldensi, cap. 63. c Burch. l. 9. c. 63. l. 100 p. 8. c. 102. Pamm. l. 9. c. 12. d al. subligatur. e extra, de divor. l. 1. l. 100 p. 8. c. 102.









C. XII. § Secunda conjugia, sicut & prima, licita esse probantur.

Item Augustinus lib. 2. contra aduersarium legum. & Prophetarum, c. 11.

**D**EUS a masculum & feminam propagandi generis causa nuptiali castitate coniunxit, & secundas nuptias, quae in utroque i testamento permittuntur, licitas esse monstravit.

¶ Vtroque In originali est, novo quoque, cuius vere lesioni sunt vestigia in aliquot Gratiani exemplaribus. Habent enim, uno quoque. Ac certe de veteri testamento nulla erat dubitatio. Sed non est imitatum, quoniam auctor glossa videtur legisse, utroque.

C. XIII. § De eodem. Idem super primam b epistolam ad Corinthios

**Q**UOD si dormierit vir ejus. Non dicit, primus vel secundus, vel quortus, nec nobis definiendum est, quod non definit Apostolus c. Vnde nec ullas debeo damnare nuptias, nec eis verecundiam numerositatis auferre i. Dominus a autem septemvirum non damnauit e, nec dicit, in resurrectione non damnabit e, nec dicit, neque nubent, neque nubentur. Vnde nec contra humane verecundiam sensum audeo dicere, ut quoties voluerint, nubant, nec ex corde meo quotieslibet nuptias condemnare. Quod dicitur univire, hoc & omni vidua [\* Beatorum autem erit, si sic permanerit.]

¶ Gratianus retulit verba glossa ordinaria ad c. 7. prima ad Corinthios ex Augustino in libro de bono viduitatis, c. 11.

¶ Auferre. Antea erat, inferre. Emendatum est ex glossa, & b. Augustino, cuius verba referunt ceteri collectores.

QVÆSTIO II.

**Q**UOD si autem aliqua nuptia cogenda nubere alicui, Ambrrosius testatur super epistolam primam ad Corinthios. Nubat, cui vult: tantum in Domino: id est, quem sibi aptum putaverit, illi nubat, quia invita nuptia solent malos proventus habere. [Tantum autem in Domino.] Hoc est, ut sine suspitione carpitudinis nubat, & viro sua religioni nubat.

C. I. § Juramento patris non cogitur puella nubere, cui nunquam assensum adhibuit.

Item iudicium Urbani Papæ.

**S**I verum g esse confiterit, quod nobis legati Iordanis b Principis retulerunt, scilicet, quod ipse coactus & dolens filiam suam infantulam nolentem, fientem, & pro viribus renitentem, non assentientibus, sed valde dolentibus matre & parentela, Rainaldo Rodelli i filio desponsaverit, quoniam canonum & legum auctoritas talia sponsalia (ut infra ostenditur) non approbat, ne ignorantibus leges & canones, nimis durum, quod dicimus, videatur, ita sententiam temperamus, ut si Princeps cum filia, matris, & parentela assensu id, quod conceptum est, perficere voluerit, concedamus. Sin autem, legatus noster utraque partes audiat, & si nihil fuerit ex parte supradicti Rainaldi amplius, quod impediatur, ab ipso Iordane sacramentum, quod ita consent hęc, ut dicta sunt, accipiat, & nos canonum ac legum scita sequentes, deinceps non prohibemus, quin alii viro, si voluerit, predicta filia ejus nubat: tantum in Domino.

a Sent. ibid. lvo p. 8, cap. 269. Pannorm. lib. 8, cap. 22, & 61. b Glossa ord. ad c. 7. ejus epistola. c 1. Corin. 7. Sent. ibid. lvo p. 3. c. 268. Poly. l. 6. tit. 4. Pannorm. l. 6. ca. 39. d Matth. 22. e al. damnat. \* 1. Cor. 7. f C. 3. ad ca. 7. g Sent. 4. distinet. 39. h al. Iordani, lvo p. 3. c. 73. Pann. l. 6. c. 108. i al. Rudele.

C. II. PALEA.

[Econtra Hormisda Papa scribit Eugenio Episcopo.]

**T**VA sanctitas a nos requisivit, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non potest. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum discerni potest, pater cum, cui vult, in matrimonium tradere: & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino observare, & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxe fidei cultoribus, sanctum a nobis tenendum mandamus.

¶ Palea hac in Decretalib. est c. primum, ut de desponsationibus & in vulgatis quidem citatur ex Honorio: sed in prima Decretalium collectione, ex Hormisda, ut hic.

C. III. § Quorum unum futurum est corpus, utrum debet esse & animus: atq. idem nulla est in vita copulanda alicui.

Item Urbanus II. Sanctio i Regi Aragonum.

**D**E b nepis tua conjugio, quam te cuidam militi datum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione firmasti, hoc equitate dicente decernimus, ut si illa virum illum omnino, ut dicitur, renuit, & in eadem voluntatis auctoritate persistit, ut viro illi profusus se detegerit nuptiam, nequaquam eam invitam & renitentem ejusdem viri cogas conjugio sociari. Quorum enim unum corpus est, unus debet esse & animus: ne forte aigo, cum fuerit alicui invitam copulata, contra Domini, & apostolique præceptum, aut reatum dissidii, aut crimen fornicationis incurrat. Cuius videlicet peccati malum in eum redundare constat, qui eam conjunxit invitam. Quod pari tenore de viro etiam est sentendum.

¶ Sanctio] Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, Pannormia, & historiis Regum Aragonum. Nam antea erat, Saceratio.

C. IV. § Non licet deserere viro, quam præsens dotibus, & publica attestazione duxerit uxorem.

Item Nicolaus Redaldo Portuensi, & Joanni Fructensi Episcopo.

**L**OTHARIUS c Rex (in commonitorio i) profertur, Gualdradam se à patre accepisse, & fororem postmodum admisisse Huberti. Vbi primum diligenti investigatione inquirent, & si eundem gloriosum Regem predictam Gualdradam præmissis dotibus, curam relictibus, secundum legem, & ritum, quo nuptia celebrari solent, per omnia invenierit accepisse, & publica manifestatione eadem Gualdrada in matrimonium ipsius admissa est, restat, ut perseverentini, cui illa repudiavit, sit, vel filia Bosonis admissa. Sed qui idem gloriosus Rex metu Thierbergam admisisse se dicit, metu unius hominis, tantus Rex non debuit contra divinum præceptum in immane præcipitium mergi. In hoc certe se magis reprehensibilem ostendit, in quo amorem Dei, & mori mundi postposuit: cum 2 nec etiam occisores corporis sint timendi, contra iustitiam hominem impellerent. Nihil itaque vobis aliud præcipimus, manifestatione sua eodem Rege convicto, nisi ut secundum canonice auctoritatem nostra vice freti, causam illius definiatis. Si vero minime probatum fuerit, Gualdradam fuisse uxorem legitimam, neque nuptias secundum morem celebratis, per benedictionem scilicet sacerdotum filio nostro Lothario exitisse conjunctam, suggerite illi ut non moleste ferat legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) reconciliari uxorem. & infra. ¶ Præterea vos scire volo, quia præfata Thierberga Apostolicam sedem bis & ter appellavit, & se à præfato glorioso

a Extra de desponsationibus, c. 1. b lvo p. 8, cap. 24. Pannorm. c. 109. c lvo p. 8, c. 374.





Rege quæstia est in iure dejectam, & vi coactam falsum contra se composuisse piaculum. Nam eo tempore ad Apostolicam sedem libellum appellacionis suæ misit, in quo non quidem adhuc confessam, sed ut contra se falsum diceret crimen, cogi sese innotuit: insuper subiungens: [Quod si amplius compulsa fuero, scitote non veritate, sed timore mortis, & evadendi studio (quia aliter non possum) quod voluerint, dicam. Vos tamen meminerit estote mei hæc vobis insinuantis.] Unde vobis præcimus, ut cum eadem Thietberga ad condicam synodum, sicut statimus, advenit, causam eius diligenti examinatione tractetis: & si ei obijciatur, quod illa se crimine aliquo admisisse confessam fuisset, & e contra illa violentiam se pertulisse proclamaverit, vel si inimicos iudices illos sibi fuisse testata fuerit, tunc illud renovetis iudicium secundum æquitatis normam, ut iustitiæ mole non opprimatur.

**I. ¶ In commonitorio** Hæc verba videntur accipienda quasi pro iudice, & sicut a ceteris: ut indicetur caput hoc sponsum esse ex commonitorio, quod Nicolaus legatus fuit Rodaldo Portuensi, & hanc Hinclepsi Episcopi dederit. Nam totius capituli verba sunt ipsius Nicolai legati monenti, quomodo se in ea causa geri debent. Datum vero ab eo fuisse commonitorium huic ipsi legato, Nicolaus in epistola ad Episcopos in Convivium congregatos, in apostolica bibliotheca SS. Patrum testatur his verbis: Porro, quid de Lotam uxoris consueverimus (quoniam & de hoc soluto scriptis præfatus) in epistolarum nostrarum, quas per fratres & Coepiscopos nostros, Rodaldum & Joannem in Galliam misimus, poteritis exemplaribus reperire. Quæ videlicet exemplaria una cum commonitorio, quod præfatus fratribus nostris pro hac eadem causa ad Lotarium Regem missis dedimus, per fratrem & Coepiscopum nostrum Odonem vestrae sanctitati transmittimus.

**¶ Cum necetam** Hæc verba non sunt hoc loco apud Ivo-  
nem, sed quæ superius positi illa verba, admisisse se dicit, multa interpretatur, in quibus & hæc continentur, licet alio ordine. Sed in ipsa non est mutatum.  
In auctoritatibus evidenter ostenditur, quod nisi libera voluntas, nulla est copulata alicui.

QUÆSTIO III.

**¶ Videtur post pactum sponsionem alius habere non valens, auctoritate Eliberitani concilii, & monstratur, quæ dicitur.**

**C. I. ¶ De parentibus qui fidem frangunt sponsaliorum.**  
¶ Qui a parentibus fidem frangerit sponsaliorum, trinitate tempore abstineat se a communione. Si tamen eodem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine non a fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia servetur.

**¶ Non fuerint** In originali legitur sine negatione, itemq; a post fuerint, a quo præterea abest dictio, illo, scilicet, habet, in gravi crimine fuerint deprehensi.

Eæ quæ non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hæc de illis intelligendum est, quæ illorum consensu contrahuntur.

CAUSA XXXIII.

**¶ Vidam vir, cum non haberet uxorem, quandam meretricem sibi conjugio copulavit, quæ erat sterilis, nepis ingenui, filia originari: quarum cum Pater alij vellet tradere, hinc avus eam copulavit, causa fetus incontinentie. Deinde hic pater dicitur, ex ancilla propria filios sibi quærere cepit. Post-**

ea de adulterio convictus & punitus, quandam rogavit, ut uxorem opprimeret suam, ut sic eam dimittere posset: quo facto quandam infidelm sibi copulavit, ea tamen condicione, ut ad Christianam religionem transiret.

- 1. Hic primum queritur, an meretricis licite ducatur in uxorem.
- 2. Secundo, an ea, quæ causa incontinentie ducitur, sit conjugum appellanda.
- 3. Tertio, cuius arbitrium aliqua sequatur; an liberi avi, an originarii patris.
- 4. Quarto, si vivente uxore liceat alicui filios ex ancilla quærere.
- 5. Quinto, si ea, quæ vim patitur, pudicitiam amittere comprobetur.
- 6. Sexto, si adulter adulteram posse dimittere.
- 7. Septimo, si vivente dimissa, aliam possit accipere.
- 8. Octavo, si infidelm sub præmissa condicione liceat alicui fidelium in conjugem ducere.

QUÆSTIO I.

**¶ Quod autem meretrix in conjugem duci non debeat, multum auctoritatibus & rationibus probatur. Illa enim quæ adulterio ea convincitur, nisi post peraltam penitentiam, in conjugis consortio retineri non debet.**

**C. I. ¶ Patronus turpitudinis est, qui uxorem suam adulteram dimittere voluerit.**

Unde Ioannes Chryostomus, [id est, auctor operis imper-  
fecti] homilia 32. ait super Matth. v. 19.

**Sicut a crudelis est, & iniquus, qui causam dimittit, sic fatuus est, & injustus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis eius est, qui crimen celat uxoris.**

**C. II. ¶ Causa fornicationis non dimittat uxorem, non tamen alteram ducat.**

Item Hicronymus in comm. ad c. 19. Matth.

**Dixit b. Dominus in Evangelio: [Quicumque dixerit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam dixerit, mæchatur: & qui dimissam duxerit, mæchatur.] Sola fornicatio est, quæ uxoris vincat affectum: imo, cum illa unam carnem in aliam diviserit, & se fornicatione separaverit a marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura e. [Qui adulteram tenet, stultus & impius est.] Vbiunque est igitur fornicatio, vel a fornicationis suspicio, libera uxor dimittitur. Et quia poterat accedere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimine impingeret, sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut secundam prima vivente non habeat.**

**C. III. ¶ Sola viri fornicatio uxorem maculat.**

Idem in epistola Pauli ad Corinthios 1. c. 6. [in e  
glossa ordinaria.]

**¶ In conjugio quis positus quæcunque peccata fecerit, non propriam infucant conjugem: sed fornicatio uxorem coinquinat; ut jam non sit viro suo licita, sed quasi adultera.**

**C. IV. ¶ Qui uxorem suam dimittere adulteram voluerit, duobus annis peniteat, si et debetum reddiderit.**

Item Ioannes Chryostomus.

**¶ Si quis uxorem suam invenerit adulteram, & postea deinceps plaquerit habere eam in matrimonio, duobus annis peniteat, ideo quia cum a dultera commisit sit, quæ adhuc crimine suo non est purgata: aut**

a. Sent. 4. dist. 31. Ivo p. 8. c. 23. Pann. 1. 7. c. 8. b. Isidorus de ecclesiastic. offic. l. 2. c. 19. Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 43. Pann. 1. 7. cap. 7. c. Proverbia. d. 21. c. c. Glossa ord. ad eundem locum. Matth. in conc. Florentiensi. c. 10. Ivo p. 8. cap. 42. f. al. ad alie-  
tatum.